





I. N. S. S. T. 16. M. 10.

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

DE

JURAMENTO

FIDELITATIS SUB-

DITITIO,

DECRETO ET AUTORITATE NOBILISSIMI ET  
AMPLISSIMI JCTORUM ORDINIS IN HAC

ILLUSTRI ALMA

PRÆSIDE

*Nobilissimo, Amplisf. Consultisf. ac Excell. VIRO*

DN. WILHELMO LEISERO,

Jcto & Antecessore in hac Academiâ fami-

geratissimo, Curia Electoralis, Scabinatus & Faculta-  
tis Juridicæ Assessore Gravissimo,

*DN. Patrono ac studiorum suorum Promotore omni obser-  
vantia cultu et atem devenerando,*

PRO LICENTIA

*Capessendi summos in utroque Jure honores, Doctorales immu-  
nitates & Privilegia, publicè ventilandam proponet*

FRANCISCUS MÜHLMANN,

Wittebergensis,

*Ad diem Jan. In Auditorio consueto*

*Horis ante & pomeridianis.*

WITTEBERGÆ,

TYPIS JOHANNIS HAKEN, Anno M. DC. LXVIII.

V I R O

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO  
& CONSULTISSIMO,

Dn. ANTONIO

WELCHER

JURISCONSULTO CELEBRATISSIMO, SERENISSIMI

AC POTENTISSIMI ELE-

CTORIS SAXONIAE à

CONSILIIIS AULICIS

AC SANCTIORI-

BUS SECRETIS

IMPERIALI-

BUS :

PATRONO SUO ÆTATEM DEVENERANDO

Differtationem hanc inauguralem

inscribit ac submisit

consecrat

Franciscus Mühlmann.

ANNO M. DC. LXXIII.





I. N. J.

THESIS I.



**D**E Homagio fidelitatis subdi-  
tutio, disputaturo mihi, anteqvàm rei  
arcem aggrediar, *ἐν παρόδῳ* de Jura-  
mentis; (quorum origo certè nobilissi-  
ma; nàm *Jerem. 44. vers. 26.* Deus O. M.  
ipse juravit; Christus *Marc. 3. vers. 28.*  
Jurarunt Angeli *Apoc. 10 vers. 5. 6.* Patriar-  
chæ *Gen. 14. vers. 22.* Apostoli *Rom. 1. vers.*

9. quã non evertit *ix. Matth. 5.* nolite jurare omninò &c. sit ser-  
mo vester, est est, non non; nàm ibi tantum mala consuetudo,  
nullatenus verò jurandi necessitas, prohibetur, ut Theologi ex-  
plicant. Addatur *Perez. ad C. h. n. 7. & Magnif. Dn. Cass. Ziegl. Ju-  
rid. Facult. Ordin. Patronus pariter & promotor meus ætatem  
venerandus in animadvers. ad Hug. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 13.  
§. 21.)* nonnihil differere ab instituti ratione haud erit alienum.  
Quemadmodum autem invaluit hæctenus, cum cujuscunque rei  
duplex dari possit definitio, de nominali primitus, quam reali  
incipere, ita nec mihi hoc displicet, præprimis cum indè eò fe-  
licius in ipsius rei cognitionem provehamur *teste Ulpiano in l. 1.  
de J. & J. l. 1. de pact. l. 1. de R. C. l. 19. de V. S.*

Th. 2.

*Ὀνοματολογία* igitur quod concernit, derivatur jura-  
mentum ratione finis, à Juris adstrictione, ita ut quasi Juris ad-  
stringimentum sit; nec inconcinnè certè, siquidem ideò jura-  
men-

A 2

men-

menta inferuntur, quo eò arctius ad promissa jurantis fides adstringatur. Grammaticalè verò si desideras, rectius à verbo JURO & vocabulo MENTUM seu mens, quia quis mēte quasi adhibitā jurat, deducitur. Πολυσημασίαν nullam hic agnosco, non enim de ἀκύρωσ f. abusivè sumpto juramento peroro; ut si quis per capillum Dei; vel caput aut membrum Christi; aut virginis Beatissimæ; per vitam; Creaturas ac Angelos jurat: Sed κυρίως propriè sumpto. Hæc n. licita, cætera illicita pronunciat Dn. Struv. Præcept. quondam meus adhuc colendus Exercit. ad τ. de Jure Jur. 17. tb. 3. & seqq. Perez. ad C. d. t. n. 6. Magnif. Dn. Ziegl. d. l. §. 6.

Th. 3.

Ratione synonymias, Juramentum non rarò Sacramentum salutatur, ut in avtb. Sacramentapuberum C. si adversus vendit. & tt. C. imprimis l. 12. de R. C. c. qui juramento. 22. q. 4. Sic & Jurisjurandi religio f. religio simpliciter vocatur. l. 25 cum seqq. de Jur. Jur. l. 2. C. eod. it. de jurium Gell. 7. N. A. 18. Interdum Jusjurandum uti videre est ex inscriptione D. & C. b. t. Nec esse admittendos illos autumo, qui inter juramentum & Jusjurandum, contra Sacratiss. Imperatoris mentem discrepantiam fingunt, quod nempè Juramentum super re non controversa sit interpositum. Germ. tandem dicitur Eyd / Schwur / vel conjunctim Eyd Schwur conf. Bachov. ad §. 1. J. de pæn. temer. litig. n. 1.

Th. 4.

Circa πραγματολογίαν f. definitionem realem, variant Dd. Alii generis loco ponunt asseverationem vel negationem; sed citra omnem necessitatem, siquidem negationem sub affirmatione virtualiter comprehendere, quis ignorat? Negatio enim non tam verborum figura, quàm vi & potestate æstimanda. Etenim qui jurat, se hoc non perpetrasse, suam certè affirmat intentionem, licet formula negativè sit concepta, Mascard. de prob. v. 2. concl. 1094 Duar. de probat. c. 12, Hottom. in l. 23. C. eod. Struv. Exercit. 28. tb. 6. Imò adessent sic duo genera, quod inauditum hæctenus: Alii collocant assumptionem, vel Dei invocationem: Alii attestationem ubi Deus testis vocatur, & quidem

dem non adeò malè. Ego tamèn cum Dn. Struvio *d. Exercit. 17. lib. 2.* Juramentum ita definitio; quod sit religiosa rei alicujus adseveratio legitimè facta per invocationem Dei in testem. Cum qua & Ciceronis conspirat *3. offic. ita sonans*: Jusjurandum est religiosa affirmatio, Deo adhibito teste. *add. Fr. Svarez. tom. 2. lib. 1. de Juram. c. 1. Bonac. theol. moral. tom. 2. tract. de ll. D. 4. q. 1. punct. 1.*

Th. 5.

Genus autem h. l. est religiosa adseveratio (quæ non saltem devotionem erga Deum *l. 1. h. l. 6. C. eod. l. f. C. de fideic.* sed & devotionem sui comprehendit, ad æternum sc. exitium si falsum adseveret; Perfidia enim ultio implicitè sic petitur. *Hug. Grot. lib. 2. de J. B. & P. c. 13. n. 10.*) quod latius est ipso juramento ac sua specie, uti ex simplicibus affirmationibus, nudisque confirmationibus apparet, id quod veri generis proprium est. Differentiam constituunt partim objectum materiale, quod in rebus & factis hominum legitimè decoratis consistit; atque sic res incertas, dubias, leves ac impossibiles relego: Partim formale, quod esse rei communicat *l. 9 § 3. ad exhib. l. 80. ad L. Falcid.*

Th. 6.

Est verò Juramenti forma alia substantialis, accidentalis alia. Substantialis, ut fiat per invocationem veri & solius Dei in testem. Quod ex Sacrae Script. dictis, tam Veteris, quam Novi Testamenti clarescit eximè. Ratione veteris sunt *xxx. Exod. 22. vers. 9. & 11. Deut. 6. vers. 13. & 10. vers. 20. Esa 19 vers. 17. Ps. 36. in f.* Ratione Novi sunt *xxx. Hebr. 6. vers. 13. 16. Rom. 1. vers. 9. 2. ad Corinth. 1. vers. 23. & passim, uti & Apoc. 10. vers. 6. ad Thessal. 11. vers. 10.*

Th. 7.

Quarè si alia sit execratio ad Deum sc. non directa, nec Juramentum erit, nec ut juramentum obligat, quia non invocatur verus Deus in testem *Magnif. Dn. Ziegl. d. l. §. 12. & 10.* Uti nec est, quod sub singulari fidei Politicæ, vel insignioris (v. c. in personis dignitate constitutis) *ben Fürstlichen/Gräfflichen/Herrlichen oder Adelichen Ehren: Vel generalis ben Fürstlichen treuen und Glauben.* Quod verò quoad effectum illustrium & nobilium

A 3

lium

lium personarum, à quibus Juramenta non tam strictè exiguntur; dictæ asseverationes, juramenti non raro æquipolleannt  
*Ritter. de homag. cap. 6. n. 117. Carpz p. 1. c. 16 def 5. Mevius ad Jus Lub. p. 1. tr. 1 ad rubric. n. 85. Less. de J. & J. c. 24. n. 4. hoc nil quicquam obstabit; distingvendæ enim tunc erunt, asseverationes politicae certiores à Juramenti ipsis. Conf. Myns. 1. obs. 17. Gail. 2. obs. 59. Covarr. c. quamvis p. 1. Johan. Azor. d. 2. n. 4. Inst. Moral. 10. c. 2. Zoef. ad Tit. de Jur. Jur. n. 13. Struv. ad x. d. Ex 17. tb. 11. add l. 13. & l. 23. quod met. ca. P. Gregor. 26. Reip. 7. n. 19.*

Th. 8.

Non E. per Angelos jurandum, quamvis illorum uti & sanctorum cultus in Ecclesia Rom. religiosus admodum fuerit, juxta ac per illos juratum; sicuti videre est ex *Nov. 8. inf. rubr. add. Struv. d. Ex. tb. 8.* Neque per Deastros, horum namque juramentorum nulla est obligatio *l. 5. §. 3. b.* Nec per creaturas, cum Christus ipse tale juramentum prohibeat *Matth. 5. 7. vers 34 35.* Violaretur enim sic honor Deo debitus quodammodo in creaturis. Nec quicquam facit *tx. Deut. 30. vers 19.* ibi Moses cælum & terram in testimonium advocavit, quia ista, ut explicant Theologi, non invocantur ibidem, sed tantum unius veritatis contestatione declaratur altera, & quia creaturæ omnes in Deo sunt & sustentantur, ideò tacitè simul includitur nomen Dei. Quâ ratione juramenta per creaturas admitti poterunt.

Th. 9.

Scilicet in Juramenti veritatis assertio propriè fit per sanctum Dei nomen *Dn. Ziegl. d. 1. §. 10.*; in attestationum formulis v. tantum fit ejusdem veritatis declaratio per similia exempla, quorum veritas ei explorata est, cui verba fiunt. Atque hinc perbene *Perez. ad C. d. l. n. 6.* distinguit; Si per Creaturas tanquàm finem juramenti juratur, illicitè hoc fit, sapit enim hoc idololatriæ & blasphemix quandam speciem: Si verò per creaturas, agnoscendo in illis Majestatem Creatoris, licite & absque peccato hoc fit. *add. D. Thom. cit. ibid. & Canonist. ad c. 16. X. de Jur. Jur. Vossius in histor. Pelag. lib. 5. par. 2. antitb. 1. Magnif. Dn. Ziegl. d. 1. §. 11.* Nec obst. *tx. Gen. 42. vers. 15.* ibi Joseph. non jurat, sed utitur



tur aliqua obtestatione s. formula, quâ aliquid singulariter in sermone confirmatur. *conf. l. 13. § f. b. l. 41. C. de transact. l. 2. C. § l. 4. b.*

Th. 10.

Ad accidentalem formam mores juxta ac Juris Civ. solennitates refero; ut, praviam de perjurii pœna admonitionem; duorum triumve digitorum erectionem *l. 1. C. si advers. vendit.* Januarum & fenestrarum apertionem: Mensam panno atro togaram, cum luminibus accensis; Imò quod flexis genibus non rarò, & quidem in jurantium terrorem, illud præstandum sit; quale præjudicium *Magnif. Dn. Ziegl. in explicat. Tit. 19. N. Const. Elect.* allegavit. Hoc nunc ita confecto solenne habebis juramentum. *conf. l. 33. b. quod Germ. ein Zierlicher / Körperlicher / Gelehrter Eyd vocatur. Struv. d. l. 1. b. 10.*

Th. 11.

Definitionem sequitur divisio, quæ ratione materiae & objecti efficit, ut juramentum aliud sit judiciale; Extrajudiciale aliud, quod sc. extra judicium & quidem super causa non controversa interponitur. Latius autem vocab. judiciale hic accipitur, quàm in *rubr. ff. b. ubi strictissime*, sc. quod in judicio parti à parte defertur, sumitur *l. 25. § seqq. b.* Ad hanc igitur divisionem tanquàm generaliore cæteræ omnes effectutenus referri possunt, secus si quis terminos strictè nimis accipere velit.

Th. 12.

Nàm sicut ex voluntario & promissorio (cujus mentionem etiàm facit *Dn. Ziegl. d. l. §. 21.* ubi Grotii opinionem eruditè admodum refutat) non datur Civilis actio, (quod autem talem i. e. in suo foro efficacem de Jure N. G. & Can. producat, nullus dubito, modo de rebus licitis, utilitari publicæ non repugnantibus, nec in alterius præjudicium vergentibus conceptum sit,) prout non datur ex nudo pacto; quod tamèn moribus nostris & Jure Can. secus se habet; ibi enim ad simplicitatem Juris Gent. ventum, ita ut etiàm ex pacto nudo de re certa animo se obligandi à sciente & volente inito detur actio *l. 1. § 3. X. de pact. Carpz. 2. 6. 19.*

2. c. 19. def. 17. Ita nec extrajudiciales actiones in foro civili productoriae: & viceversa, uti assertoriae, quod & lites decisoriae, ita necessarium (quod in supplementum Germ. Erfüllungszucht; & Purgatorium Germ. der Reinigungszucht dispescitur) salutatur, civilem actionem producit, ita & iudiciales. *Serv. d. l. 1b. 28.*

Th. 13.

Porrò ratione deferentis ortum iuramentum calumniae cuius capita haec sunt:

*Illud juretur quod lis sibi iusta videtur*

*Et si quaeretur, verum non inficietur.*

*Nil promittetur, nec falsa probatio detur*

*Ut lis tardetur, dilatio nulla petatur.*

*Ungep. ad Jus Can. de Jur. calumn.* Quod in generale & speciale dispescitur. Generale ab utroque litigantium super ista causa praestatur *cap. 1. c. pen. X. b. t. Nov. 49. c. 3.* Speciale iuramentum malitiae dicitur, & in qualibet iudicii parte tam ante, quam post lites contestationem exigere potest *conf. l. 8. §. 5. qui satisd. cog. l. 15. ad e. lib. Churfl. G. Ordn. Tit. 33. Decis. Elect. Sax. 70. Obrecht. tract. de Juram. Calumn. Wurms. l. 1. pract. obs. t. 14. Rosbach. process. t. 50. n. 21.* Ulu tamen hoc non obtinet, nisi gravis adsit praesumptio *Carpz p. 1. c. 12. def. 20. & seqq.* Nec generale nisi pars desideret admittitur *c. 1. de Juram. calum. in 6.*

Th. 14.

Sic ratione aestimationis, datur aestimatorium; quod iterum in iuramentum affectionis, in quo verum rei pretium exceditur, (indulgetur namque auctori in infinitum, rem, quam amittere quasi cogitur, aestimare *l. 4. §. 2. de in lit. jur.* Et quidem absque ulla hoc fit injuria, quia ex parte eius, contra quem juratur, emptio quodammodo voluntaria est.) Et veritatis dividitur, ubi saltem verum rei pretium, ac damnum illatum spectatur *l. 2. §. 1. l. 4. §. ult. d. t.* Praeterea usu fori Saxonici ratione aestimationis introductum est aliud iuramentum, quod vocant minorationis, Germ. *Minderungs Zucht* praestare tenetur: Cujus effectus est ut in id tantum, quod iuramento suo firmavit, condemnatur. *Landr. lib. 3. art.*

art. 47. & 51. Hoc tamen tantum de vi ablativa ac expulsiva Pragmatici intelligunt. conf. *Hartm. q. 16. L. 1. Churfürstl. O. D. Tit. 31. S. Diweil aber Carpz. prax. Crim. l. 2 q. 95. n. 91. & q. 99. n. 48. Berluch. decis. 88.*

Th. 15,

Ratione opinionis, credulitatis inventum, quod justam præsupponit opinionem; vel secundum *Magnif. Dn. Ziegl. d. l. Tit. 19. N. C. E.* ubi quis credit, se non posse invenire fidejussores &c. etiamsi omnem adhibeat diligentiam & studium. Denique ratione circumstantiarum, ex quarundam formularum vi ac natura, in solennia & minus solennia distribuuntur. Minus solennia sunt, quæ formulis non religiosis constant id est, quæ nec implicitè, nec explicitè invocationem Dei respiciunt, quibus de sup. th. 5. actum: Vel religiosis quidem, ast invocationem Dei implicitè tantum continentibus, atque ideo tantum in foro interiori obligatoriis quum tamen Civile & consuetudinarium jus præcisè, si quoad forum exterius Juramenta effectus habere debent, solennitates hic desideret. *l. 33. b. add. Carpz. l. c. 16. def. 6. Raucbb. 2. q. 2. n. 76.*

Th. 16.

Causam efficientem ex parte constituunt jura, ex quibus juramenta introducta; Ex parte voluntas, tum jurantis; tum exigentis. Atque hinc duplex remota & propinqua. Remota est Jus Civ. *arg. t. t. ff. & C. de Jur. Jur.* Jus Can. *arg. t. t. X. de jur. jur. & in 6. eod.* & Jus Div. quemadmodum ex traditis supra th. 6. clarescit. Propinqua est voluntas & quidem istius partim, juramentum qui desiderat; partim qui deponit, id quod ex variis Juramentorum speciebus, quas instituti ratione, sicco pede prætereo, hauriendum. Ea propter omne Juramentum, licet vi ac metu extortum sit, validum existimo, quum nec voluntas in tali desit *arg. l. 21. S. 5. quod met. ca. conf. Hug. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 13. n. 15. ibidemque Dn. Ziegl.* qui pulchrè ibi rradit; talem promissionem juratam non à simpliciter invito, sed cum quadam electione factam esse. Cui assertioni non refragatur *c. 28. X. de Jur. Jur.* Verum cum illud sit contra bonos mores *l. 116.*

B

de R. J.

de R. J. ideò restitutioni in integrum locus erit, pariter ac Jure Noviss. quoad agendi effectum, successit relaxatio; Et Jure Can. absolutio *cap. 8. c. 15. X. b.* indulgetur *add. Ungep. ad Jus Can. tit. de Jur. Jur. p. m. 279. n. 2.*

Th. 17.

Ratione subjecti, quod personæ exigentes simul ac præstantes Juramentum constituunt, summè desideratur, habile ut sit, id est quod non prohibeatur. Est autem prohibitio alia naturalis, ubi quidam propter ætatem, uti infantes, h. e. septennio minores: Quidam per animi vitium ut 1. Furiosi, quos nec animum *l. 1. §. 4. de acquir. poss.* nec judicium habere *l. 12. §. 2. de judic.* constat, arcentur. Repellendi hinc meritò à Juramentis, cum nullum robur tale habeat, nisi ante furorem vel in dilucido intervallo hocce depositum ac præstitum sit *arg. §. 1. I. quib. nō est perm. fac. test. 2.* Mente capti, qui in hoc puncto furiosorum affines. Sed! quid si quis amoris æstro percitus puellæ juramento matrimonium promiserit? Servandum hoc erit, nisi alia prohibitionis causa accedat. 3. Ebrii, *Arist. 3. Eth. c. 2.* De quibus tamen ut & iratis animo adhuc pendeo quid statuam! Dicitur quidē *in c. Honestū 22. q. 5.* quod juramenta à jejunis recipienda sint; Sed utrum non cautela in tali adhibenda sit, cui vinum omnes animi sensus nondum ademit? Et cum talis ex delicto obligetur, quidni etiam de promissione jurata. *add. Dn. Struv. Ex. 48. tb. 10.*

Th. 18.

Alia Legalis, quæ fit vel ob morum insaniam v. c. in prodigis *l. 35. §. 1. b. l. 40. de R. J. arg. l. 5. C. de ll. Sers. c. 1. & seqq.* nisi juret de tali puncto, quod alienationem bonorum sectum non trahit, uti esse potest fidelitatis & subjectionis juramentum de quo mox plura siquidem ipsi bonorum administratio saltè est interdicta; vel ob judicii infirmitatem, ut impuberibus infantiam egressis absque tutoris autoritate *l. 17. §. 1. b. & l. 32. eod. Perez. ad C. l. n. 12. Struv. d. Exerc. tb. 15.* Nisi quispiam statuere velit prodigum ut & pubertati proximum per indirectum obligari; cum nec tali casu, dum doli capaces sint, à perjurii pœnâ planè videantur esse immunes.

Th. 19.

Th. 19.

Quamvis autem multum expediat jura juribus concordare ac eorum correctiones evitari *cap. 29. X. de Elect. & Elect. pot.* Diversum tamen hic de Jur. Can. respectu prodigi & pubertati proximi [modo intelligant quid sit juramentum] propter *cap. 28. b. satis famosum*, statuo: salvo interim magistratus bonis interdicentis, tutorisve aut Curatoris administrantium jure. Haud verò ut jurent adigendi *Svarez l. 1. de Juram. c. 14. & seqq. Setf. 1. c. 10.* quinimò nec spontè juramentum in judicio suscipientes, admittendi *add. Zoes. b. quod in minoribus secus est ob l. 1. auth. Sacram. puberum C. si advers. transact.* modo ejusdem ætatis sint, maturius ut habeant judicium. Nam in *cap. 26. X. b. tres Juramenti Comites* recensentur. 1. veritas. 2. judicium. 3. justitia. *add. Covarruv. in c. quamvis de pact. in 6. p. 1. §. 6. Magnif. Dn. Ziegl. d. l. §. 14.*

Th. 20.

Ab his autem quibus de in th. 17. & seq. modo dixi, filium fam. minimè gentium eximo. Qui licet regulariter ut paterfam. obligetur *l. 39. de O. & A.* multis tamen modis hoc limitatur v. c. 1. in voto *l. 2. §. 1. ff. de pollicit.* 2. in mutuo *tt. ff. ad SCtm. Macedon.* Imò licet juramentum adjecisset, non tamen valebit, nisi accedente patris consensu *l. 7. C. de R. C. & J. J.* Arbitror tamen cum *Perez ad d. t. de R. C. n. 15.* rem peculiarem hic excipiendam esse, modo ipsi libera peculii administratio competat; quæ juxta communem Dd. scholam ex eo juramento in Patrem & dominum actio de peculio datur per *l. 20. cum seqq. b. t. 3.* Nec SCti Maced. beneficio renunciare potest, nec quicquàm facit, quod quilibet beneficio pro se introducto renunciare valeat; addendum enim; modo renunciatio sit de genere permissorum. Illam v. talem non esse, apparet ex *arg. §. 7. I. quodcum eo qui in al. pot. ubi & patris*, in cujus est potestate, interesse spectatur. Quare ob præjudicium tertii omne juramentum irritum redditur. *d. c. 28. X. de jurjur.*

Th. 21.

Inter prohibitas autem personas minimè refero clericos &

B 2

Sacer-

Sacerdotes, quippè qui à Juramenti præstatione non excusan-  
tur l. 7. *Et auct. sed iudex C. de Episc. & Cler. N. 123. c. 7. Nov. 137. c. 2.*  
*c. ult. X. de Juram. Calumn.* Nec audiendus Plutarch. & Perez.  
*ad C. b. n. 8.* qui illos immunes pronunciant, dicentes; absurdum  
est in rebus humanis istius negligere fidem, cui divinæ ac summæ  
res creditæ sunt; nam consequentia non satis firma est, cum sæ-  
pissimè homines, humanas, qui divinis præferunt rebus, reperi-  
antur. Nec asserta infringunt, *lex 25. §. 1. in f. C. de Episc. & Cler.*  
*c. 1. de Juram. Calumn. confer. Donell. & Hillig. 24. c. 21. K. K. Coler. ob-*  
*serv. 211. Virg. Pingit. quest. Sax. 35. Ungep. d. l. de Juram. Calumn. n. 9.*  
*& seqq. Struv. Ex. 16. tb. 17.*

Th. 22.

Ceterùm quum multum ponderis, verbum jurare & qui-  
dem decenter, in se habeat, ea propter nè perjuria committan-  
tur, sedulo cavendum. Perjurium enim qui committit, homi-  
cidâ peior est, inquit *D. Aug.* nam iste corpus tantum, hic ani-  
mam ipsam occidit. Ea igitur quæ Juramenti formam destru-  
unt, uti perjurium & à juramento absolutio, pariter ac ejus re-  
missio, vis & metus, dolus, annullatio &c. inter juramenti con-  
traria refero; nihil enim tam naturale, quàm unumquodque  
eo modo, quo colligatum, iterum dissolvi *l. 35. de R. J. sc. de ne-*  
*cessitate non ex superfluo ut tradit Gloss. ad d. l. 35.* Committitur  
a. perjurium dupliciter, vel illegitimè jurando, puto per res  
vetitas, quorsum spectant citati *txx. Matth. 5. & 10. Can. ecce 22. q.*  
*5. Vel nõ observando dolosè juramenti promissa arg. l. 26 b. cel-*  
*fante enim dolo & perjurium cessat; Sic perjurus non est, qui ex*  
*justa quadam causa juramento contravenit l. ult. qui satis d. cog.*

Th. 23.

Absolutione s. juramenti relaxatione tollitur, ut si quis  
errore aut dolo inductus, aut etiam si metu compulsus ad ju-  
randum; quam absolutionem justitiæ & æquitatis ratio svadet  
ac defendit *conf. l. f. pr. ad Municip. Molin. D. 149. n. 12. Carpz. p. 1.*  
*c. 35. def. 3.* Seculari namque Magistratui commissum effectum  
agendi determinare. *conf. R. Imper. de An. 1555. §. Und sollen die*  
*jeni-*

jenigen & S. und sollen in diesen beyden verordnungen. *Constit. Elect. p. 2. c. 36. verb. uns heimgestellt / ibidemque Carpz. def. 1. Ordin. Cam. p. 2. c. 24.* De juramenti autem vinculo perorare non tam seculari, quam Ecclesiastico competit Magistratui *Const. Aug. p. 2. c. 66.* Remissione tollitur, si is cui præstitum Juramentum, iterum remittit. *Carpz. d. l. def. 6. Zoef. b. t. n. 88. & seq. uti apparet ex remissione à Domino subditis suis facta, in casu ubi illos, tanquam testes producit Carpz. d. l. n. 8.*

Th. 24.

Tandem cum nonnulla, affinitatem cum Juramenti habentia occurrant passim, qualia qualia etiam sint, nec de iudicandis erit. Reperiuntur a. inter affinia. i. Vota quæ licet Deo, vel aliis ob honorem Dei ac sic nullo partis resp. fiant *tt. X. de votis conf. Ungep. d. t.* optimè tamen huc referri possunt. *Hug. Grot. d. l. §. 15. ibidemq. Dn. Ziegl.* qui insuper quomodo votum à Juramento differat, ibi recenset. 2. Verborum obligationes; unde non pauci eam fovent sententiam quasi ex Juramento, quo libertus patrono operas promisit *l. 7. de oper. libert.* orta illa sit. Huc tandem 3. fidei præstationem referunt, quam pro Juramento agnoscere cum vix integrum sit, non enim delinquens perjurii pœnâ incurrit, quamvis promissa planè neglexerit *test. Gail. 2. obs. 59.* ideò nec multus ero hac de. Atque hæc circa juramenti generalia pro instituti ratione sufficiant.

Th. 25.

Princeps membrum à quo secessi usque huc, ubi de Homagio fidelitatis subditio, prout vocat *Knich. 3. Encycl. n. 10.* *Wunder Landeshuldigung* / in specie aliquid tradere supra thes. 1. & 18; promisi, succedit nunc. Hoc è a. gravissimum augustissimumq. punctum, dum in me pertractandum derivo, quo de tamèn in aulis Principum potius, ubi scrinium hujus materiæ principale residet, disserendum foret, magnum equidem est, quod ingenuè fateor. Atque hinc à principio statim, si non ea prout materiæ nobilitas ac excellentia desiderat, incedam via, à Lectore benevolo, remissionem imploro submissè.

B 3

Th. 26.

## Th. 26.

Proinde ne in materiam hancce arduam ac per difficilem, totque periculis ac præjudiciis obnoxiam, in consideratè nimis involare videar, ordine, qui omnium rerum primus esse debet, in quantum valeo, procedam. Hujus igitur subjectionis s. Homagialis fœderis originem, aliàs satis nobilem, nisi jura ipsa eandem deprædicent abundè (nam ratione Juris Div. textus *Jer. 34. v. 8. 2. Sam. 3. v. 21. 2. Reg. 11. v. 4. & 17.* præstò habemus: Ratione Juris Gent. experientiam ipsam in testem produco, cum nullus terrarum locus inveniat, ubi non homagiale fœdus reperitur, *conf. Ritter. de Homag. in fronte statim §. 7.* Ratione Juris Civ. idem Ritterus allegat. *l. 14. C. de judic. Nov. 8. c. 7. & Nov. 17. c. 1.* ut taceam de Jure Feud. quod *ὄσαυτως* de fœdere s. fidelitatis juramento, resp. Senioris & Vasalli agit. Ratione Juris Can. vide si lubet *cap. 17. X. de Simon. & cap. f. X. de R. J. arg. cap. 6 X. de relig. dom. Ungep. d. t.* in quibus expressè Homagii fit mentio) ex ipso innocentia statu haurienda foret eximiè. Nam si approbantur societates ibidem, nec ordo excludendus, qui inter pares vix ac ne vix quidem locum inveniet. *Clar. Horn. in not. privatim communicatis ad §. 5. Polit. Balb. Cellar.*

## Th. 27.

Quod v. moribus nostris Homagiale fœdus, juramento ut plurimum confirmetur, ob prægnantes quasdam rationes certè introductum, & quidem (1) ut cessent omnis fraus, dolus, aliæque machinationes improbæ; (2) ut fœdera sic multò firmiora reddantur, firmiter n. sibi persvasum habent mortales, in firmanda fide, nihil sanctius juramento introduci posse. Hinc *Bacchis apud Terent.*

*Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem, fidem*

*Sanctius quam jusjurandum, id pollicerer tibi Laches.*

*In Hecyr. (3) quo dominus tutior reddatur; ac (4) tandem, quo subditi infideli obsequio retineantur Knich. in Encyclop. c. 3. n. 60. cum seqq. Ritt. d. l. §. 8.*

## Th. 28.

Servatam aut<sup>em</sup> semel methodum ut hic quoque retineam, inte-



integrum mihi esse dubito nullus. Quare quod Etymon con-  
cernit, interpretes inter se non conveniunt. Quidam Homagium  
ab homine derivant, & hoc ideò, quia Jurans homo fieri  
dicitur i. e. servus, a. vasallus *Rittersb. de feud. lib. 1. c. 10. q. 3.* pro-  
pter juramentum se sc. fidelem futurum præstitum *l. 31. §. 1. si cert.*  
*pet. l. 2. C. de Episc. & Cler. l. 21. in f. C. de agric. & Censit. conf. Fer-*  
*rar. Montan. lib. 6. c. 1 §. ceterum. Borib. de feud. c. 1. n. 16.* Alii,  
quæ tamen derivatio in effectu cum priori convenit à Gallico  
vocab. Hommage, ab homme dictum; est la submission, que le  
Vassal fait à son seigneur pour signe, qu' il de vient homme di-  
celui *add. Maul. de homag. t. 1.* Ego relictis suo loco aliorum  
derivationibus, cum illis facio, à Græco vocabulo ὁμῆ, signifi-  
cante simul, ἡμῶν ἄγιον, sacrum quasi commune sacramentum,  
illud qui deducunt. Perbenè namque *Didac. Covarr. in c. quamo-*  
*vis de pact. in 6.* vocitat istud ἡμῶν ἄγιον, i. e. commune juramen-  
tum. *conf. Cellar. Polit. c. 19. n. 2.*

Th. 29.

Quum v. Homagii vox, simpliciter si consideretur, in va-  
rias abeat significationes, à quibus tamen cum sedulo caven-  
dum, ut Logicistæ tradunt, hinc tenendum; aliud esse obsequi-  
ale s. servitutis; aliud fidelitatis s. feudale; aliud denique juris-  
dictionis. Vel secundum Gallos; aliud homage de service; aliud  
homage de fief; aliud homage de jurisdiction *Paris. t. 1.*  
*§. 2 gl. 2. verb. la bouche n. 1. cum seqq. Ritter. d. l. c. 1. §. 17.* Sic  
porrò aliud familiaritatis seu domesticitatis Germ. *Nath und*  
*Dienstpflicht*; aliud fœderatitium; aliud clientelare dicitur.  
Quibus utpote à scopo alienis, multum inhærere, hic superva-  
caneum ducò; ac proindè saltim homagii subditii, de quo,  
tanquam propriè sic dicto *Rosentb. de feud. c. 6. conclus. 85. n. 5.*  
*Schneid. de feud. p. 5. n. 67.* mihi potissimùm sermo, sicuti ex *Tb. 25.*  
apparet, amphibologian enucleabo.

Th. 30.

Multifariam a accipitur vox hæc; vel pro ipsa actus juran-  
di solemnitate, ut germanis utar verbis, *Wann anfänglich die*  
*Hul-*

Huldigung abgeleget wird *add. Vultej. 1. P. 6. n. 3. inf.* Vel pro instrumento, Vor die Huldigungs Brieffe *Bocer. de invest. feud. c. 1. n. 12.* Vel pro jure, quod dominus in tales Juramento fidelitatis sibi adstrictos adeptus. *Ferr. Montan. lib. 6. Feud. cap. 1. §. homagium.* Vel pro sacramento subjectionis & obedientiæ vor die Huldigungs pflicht. *vid. Gail. de arrest. c. 7. n. 10.* Vel pro fidelitatis subjectione, homologia enim dicitur, fidelitas *Knich. 3. Encyclop. n. 11.* Vel denique pro obligatione inter dominum & subditos, quam cum *Ernest. Cothm. vol. 4. resp. 3. n. 202.* & *Ritter. d. l. c. 1. n. 20 inf.* meam facio, repræsentat enim contractum *διωλοποιον*, id quod genuina homagii significatio est. Plura de æquivoco hoc vocabulo qui desiderat, adeat *Webner. in pr. obs. verb. lands oder Erbhuldigung & conf. 78. n. 3.*

Th. 31

Synonymian quod concernit; Homagium etiam Juramentum vel subjectionis sacramentum audit. *Alib. Polit. cap. 20. n. 5.* it. Panagium, qd. dicas commune Jusjurandum, aut omnium juramentum. it. Baronagium, ac si diceres Virorum Juramentum, siquidem Baro teste *Reink. l. 1. cl. 4. de R. S. J. R. c. 15.* ut plurimum pro viro accipitur & usurpatur. it. Hominium, *conf. Albert. Crantz. l. 3. Wandalie & l. 6. Saxon. c. 36. Cellar. in Polit. cap. 19. n. 3.* Germ. die Huldigung salutatur, quod est Hold oder Treu zu sein/ hinc saxo dicit die Holdung. *Gylm. tom. 1. p. 1 tit. 2. vol. 1. n. 53.* Gallis dicitur Hommage *conf. ib. 28. supra.* A Græcis mutuo vocabulum *ὁλότης* significans integritatem animi & corporis, i. e. fidelitatem, propter affinitatem quam ista vocabula inter se alunt *conf. Schneid. de feud. par. 5. n. 67.*

Th. 32.

Intellectâ definitione nominali, quæ multum ad unius cujusque rei tractationem conducit, uti ex *supra. ib. 1.* dictis notum subnecto realem. Non multus equidem ero in recensendis Dd. generibus, ubi vel per assecurationem fidelitatis & obedientiæ ut *Maul. c. 1. §. 1. de Homag.* vel per Juramentum seu promissum ut *Cellar. in Polit. c. 19. n. 5.* definiunt. Quas definitiones tamen ne dicam suo definito angustiores esse, mihi imperare

rare haud possum. Non enim de Homagii quidditate Jura-  
mentum est, uti nec de feudi essentia est *Hattys. c. 2. p. 7. Schnob*  
*Disp. feud. 1. tb. 20.* Alii aliter describunt. Sed statim quid res sic  
tradam; definiendo nim. Homagium per Juris vinculum, quo  
iste qui potestatem in Rep. a. territorio habet, sibi subiectos ad  
obedientiam, cum mutui fidelitatis promissione adstringit. Cum  
quâ conspirat *Dn. Reink. in tr. de R.S.E. lib. 1. cl. 5. cap. 4. n. 2. &*  
*seqq. Ritter. d. l. c. 1. §. 21.* Atque hæc genere latis legitimo, diffe-  
rentiâque constat: Genus constituit Juris vinculum, quod cer-  
tè latius suo definito, id quod legitimi generis indubitatus cha-  
racter, Comperit enim omnibus obligationibus *pr. I. de oblig.*  
*junct. l. 99. de V.O. Struv. Ex. 46. tb. 44.* ceterisque homagiis de  
quibus ex parte supra *tb. 29. actum & infra tb. 67. & seqq.*

Th. 33.

Differentia specifica partim à subiecto, quorsum spectant  
definitionis verba; qui potestatem &c. Atque sic dominus  
feudi, quem etiam Seniore. Feudistæ vocitant. *Schnob. Disp.*  
*Feud. 3. tb. 19. add. tx. 1. F. 17. & 18.* excludendus erit; quia à suis  
Vasallis tale homagium desiderare a. extorquere haud potest.  
*Ritter d. l. §. 26.* Quam longè igitur Vasallagium atque homa-  
gium inter invicem distent, sequentia demonstrant; sc. vasalla-  
gium ob rem feudalem, undè etiam reale dicitur *Zaf. par. feud.*  
*ult. n. 5.* præstatur: Homagium è contra in subjectionis & obedi-  
entiæ signū. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 182. Gail. de arest.*  
*Imper. c. 7. n. 10.* quæ dist. in Franconiâ recepta *Cluic. Syllog. rr. quo-*  
*rid tb. 26. lit. K. Limn. l. b. 6. Jur. publ. c. 6. n. 2.* Nec dicā mihi scribunt,  
asserentes, & vasallos esse subditos, quia id abusivè nimis fit, irre-  
pfitq; resp. fidelitatis & servitorū habito; minimè gentiū verò  
resp. subjectionis. Atque hinc ingeniosi rectè distinguunt, in-  
ter subditum ratione feudi & subjectionis. Imò concedere hoc  
possum, modo quis & vasallus & subditus simul sit, uti in Saxo-  
nia nostra reverà sunt, ubi distinctionem facere opus haud habe-  
mus inter *Lehenleute* ac *Landassen*; prout ex Vasallagii formulâ  
der *Lehenspflicht*; præprimis ex vocabulo *gehorsam sein* / quod  
subjectionem certè denotat, eximiè apparet; uti hoc elegane

C

ter

ter admodum discussit *Excell. Dn. Praeses, Patronus & Promotor  
meus colendissimus in sua Disp. de Landsassis lb 27.* ) Atque sic à  
cæteris homagiis specificè & exactè consideratis differt. Hono-  
rè equidè Senioribus; Principibus, Patronis nō aufero; sed utrū  
non honoris gradus dentur, de hoc puncto disputandum. Cer-  
tè nemo inficias ibit; subditos de quibus in præsentī disputo à  
vasallis, clientibus, manumissis &c. ratione obligationis ut stri-  
ctius & remissius discrepare. *conf. Cujac. 2. F. 7.* In hoc quidem  
conveniunt, quod omne id subditus, quod isti de quibus modo  
dixi debeat; sed non contra. Partim à fine & effectu desump-  
ta; hūc spectant definitionis verba, ad obedientiam &c. quibus  
de cum pluribus infra *lb. 66.* hic desino.

Th. 34.

Υπεροχὴν ὑποτέτοιον cōmittendo, antequā de subiectis activis, ut  
nobilioribus homagiumque exigentibus; deque Homagii divi-  
sionibus, quod quidem rationis ordo efflagitaret, quicquam in  
medium profero; de passivis h. e. præstantibus, nonnihil præ-  
mittere animo sedet. Aliàs nisi prius hoc excusso puncto, fe-  
liciter, procedere mihi haud erit integrum. Idcirco, quemad-  
modum ex supra dictis constat, subditos solos homagium hoc-  
ce præstare debere, (absque ulla habita distinctione sive Laici sive  
Ecclesiastici sint. Quod v. in quā plurimis locis Ecclesiasticis il-  
lud remissum sit, factum forte àn quod fide digni, ob spiritualia  
ipsis commissa, habeantur; Quo ipso tamen non negatur, eos si  
exigere visum fuerit, cōgi posse: Siquidem & ipsis scriptum:  
Subditi estote omni humanæ ordinationi 1. *Petr. 2. vers. 13.*) *Natt.  
conf. 636. n. 65. Gylm. tom. 1. tit. 2. vol. 1. n. 117. Knich. d. l. c. 3. Encycl. n.  
58.* non abs re erit, pluribus illorum naturam conditionemque  
inquirere. Est autè subditus persona, in territorio ejus cui fide-  
litatem & obedientiam debet habitans, domiciliumque ibi con-  
stitutum habens. Domicilium utique debet esse fixum; Hinc  
*Landsassii von des Landes Sizen* dicuntur.

Th. 35.

Hæc v. de subditis dixisse, cum haud sufficiant, propius ad  
horum divisiones & subdivisiones me accingam. Politicorum  
a. ri-

a. rivulos, dum sector statim alios proprios esse, improprios alios, reperio. Proprii sunt quos quis ratione personæ obligatos habet, seu nobiles seu ignobiles sint. Impropii quinam sint, perfacile nunc constat, sc. qui tantum Imperio cujusdam subsunt ratione bonorum: e. g. habitantes in Belgio & Gallia, bona tamen apud nos possidentes. Undè pulchrè iterum laudatus modo VIR Dn. Wilh. Leiser in not. Jur. Publ. ad Beckeri Synops. lib. 3. c. 3. §. 6. differit, bonorum quidem possessionem per se neminem reddere subjectū, cū accessoriorum non debeat ad se trahere principale l. 17. §. 13. ad municip. l. 4. C. de incol. Quamquàm hodiè plurimorum locorum consuetudine res immobiles, non nisi cum onere subjectionis concedantur Gail. d. l. de arest. cap. 7. n. 8. Sicque Vasallagium, qs. homagium sub se comprehendere videtur. vid. supra th. 33.

Th. 36.

Alii merè subditi, v. c. qui Superioris potestati simpliciter subjecti sunt, nec ullam potestatis partem obtinent, in quorum numero sunt, Negoriatores s. Mercatores Casm. cap. 59. Polit. Mechanici Lips. 7. Polit. 5. Schönborn. n. 3. Pol. 44. inter quos & Agricolas refero, licet aliàs privilegia sat multa pro iis sint introducta, de quibus lege sis Job. de Plat. in l. 1. C. de agric. & censitic. Keckerm. 1. Pol. c. 14. fol. 251. De vagabundis aut sedem fixam non habentibus, uti esse possunt mendici, nautæ, famuli, hic mihi sermo nullus, quum nec Jcti l. 27. §. Celsus ad municip. l. 17. §. 1. de pæn.: Nec Philosophi qui tales ἀπόλιδες nominant, i. e. sine jure & lege viventes: Nec Politici, ubi de subditis tractant, de his mentionem faciunt. Nec obstant Pragmaticorum tradita, qui illos, quat. in jure quis forum, vel ratione originis; domicili; contractus; delicti &c. sortitur, secundum dicta examinant; siquidem hæc subditum non constituunt. Quid tandem de partialibus, seu inquilinis ap. nos die Pfahlbürger / die kleine Bürger dictis? Quid de extraneis s. confœderatis, Jus Civitatis habentibus, non tamen ibi habitantibus? Quidque de honorariis sententionandum? adi Ritter. d. tr. n. 94. inf.

C 2

Th. 37.

## Th. 37.

Alii mixti s. mediati, quibus simul Reip. cura & potestatis particula competit; v. c. Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus, quae Imperii Status non sunt, sed aliis Principibus & Statibus subiecti, ob homagium quod illis praestare tenentur; simul ac ipsi à suis subditis idem recipere possunt *Besold. de Jurisd. c. 13. in f. Maul. d. l. c. 1. n. 5. Ritter. d. l. c. 5. n. 95.* Alii literati, ut Doctores, Licentiatii, Magistri, qui equidem suis superioribus obedientes existunt, interim tamen & suis ad tempus imperant subditis: Ut in Academiis Rector Magnificus, à Studiosis (qui ipsi Cives imperfectè tamen sic dicti) noviter huc advenientibus, juramentum exigit, nisi minorennitatis ratio habeatur *l. 1. ff. de minor.* Huc etiam refero Consules, Quæstores, Landsalmos, Prætores, Senatores, qui licet & ipsi subditi, in suos tamen imperium quoque habent; quæadmodum ex Novi confessus electione, ubi Civibus annuatim homagiū ante præstitū rursus prælegitur, quod ap. nos bey der Einschwerung des Neuen antretenden Raths geschicht. eximie clarescit. Huc tandem & milites eminentioris status accersendi, qui licet ipsi sint subditi, attamen & à suis subiectis militibus, militare recipere possunt Juramentum, v. g. Sie müssen Ihren Obersten bey der Fahne geloben und schweren / auff vorgelegte Artickuls Brieffe &c. *conf. l. 8. C. de legat. l. ult. C. de veteran.*

## Th. 38.

Alii denique immediati, qui alicui non mediante alio Magistratu subjiuntur; seu qui soli Imperio & Imperatori subsunt, etq; homagium præstant. *Rosentb. de feud. c. 5. concl. 13. & 78. n. 7. Besold. de appell. c. 2. n. 2. Cell. d. l. c. 19. n. 12. Decian. tr. Crim. lib. 7. c. 8. n. 7. Clement. pastoralis vers. rursus non est silentio desent. & rejudic. Limn. lib. 4. c. 7. §. 3. n. 44. Nicolaus Myler. tr. de Princip. & Stat. Imp. R. G. cap 93. per totum.* Atque sunt omnes Imperii status, immediatè ab Imperatore dependentes. e. g. Electores, Principes tum Eccles. tum Secul. Comites, Barones, Nobiles, Civitates & alii immediati. In quem finem non displicet

splicet *Recess. Imp. zu Worms A. 1521 S.* Wie der Landfr. &c. und darauff befehlen Wir allē und jeden Churfürsten/Fürsten Geistl. und Weltl. Prälaten/Graffen/Herrn Ritterschafft und Städten/und allen andern unsern und des Reichs Unterthanen/Getreuen &c. R. J. zu Augspurg *de An. 1548. S.* und gebieten darauff allen Churfürsten/Fürsten/Prälaten/unsern und des Reichs Unterthanen &c. R. J. zu Spener *de ann. 1529. sub tit. Constitution* oder Mandat wieder die WiederTäuffer S. desgleichen; *producere.*

Th. 39.

Omnes isti se in literarum supplicum subscriptionibus ultrò, suæ Majestatis subjectissimos, fatentur. *Sixtin. lib. 1. de Regal. c. 4. n. 8. Syring. de pac religion. concl. 14.* Utrum v. Conringii assertio, quam vide sis in *Exerc. de Rom. Imperii Civib. præprimis tb. 7.* approbanda sit, quat. dist. inter Civē, & sic talem tantum intelligit, qui Jus suffragii habet; & inter incolam, seu subditū Jus suffragii non habentem, ad *Dn. Leiser. in not. ad Beck. Synops. l. 3. c. 1.* in fronte statim. *Esset quidem hoc concedendum strictè si vocab. Civis accipias; si latè, secus. Beckerus certè in Synops. ad Jus publ. d. lib. 3. c. 1. & mediatos & immediatos Cives appellat.* Quod protectò adeò improbandum haud erit, si quidem & mediati in *Recess. Imper. Status salutantur, licet impropiè conf R. J. de an. 1654. S.* Und gleich wie dieses *Instrum. Pac. Osnabr. art. 16. Limn. Thom. 2 addit. ad lib. 1. c. 7. n. 101.* Ex dictis hætenus igitur propullulat, illorum sententiam, statum Imperii nostri Monarchicum videri vix improbandam esse cum Imperator omnium Statuum Clementissimus sit. *R. J. zu Augspurg de an. 1525. pr. verb. Unser allergnädigster Herr. add. Reink de R. S. J. R. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 80. & seqq.*

Th. 40.

His præmissis breviter ad divisiones, de quibus digressus fui, in præsentem redeo. Quemadmodum v. subditi alii propriè sic dicti fuere, impropiè alii: Parili modo & Homagium dividendum erit, quod nempe vel proprium seu personale; vel impropium seu reale sit. *Dn. Reink d. tr. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 2. & seqq. n. 19. Rosenth. d. l. c. 6. concl. 85 n. 4. Cell. d. l. c. 19. n. 14.* Eapropter

pter quod subditi ratione territorii & domicilii domino præstant, ubi se ejus homines constituunt, se heredesque suos & omnia sua bona protectioni pariter & jurisdictioni istius subji-  
ciunt, personale salutatur *Coler. de process. execut. par. 2. c. 1. n. 23. Gail. de pign. c. 15 n. 7. Ritter. d. tr. c. 2 n. 40.* Quando a. illud bonorum s. rerum saltem ratione deponitur, quas in alterius territorio possident, improprie sic dictum seu reale habebis. *Besold. 2. dis. de Jur. Ord. Civ. c. 2. de hom. §. 1. Cell. d. l. Bald. in l. 2. C. de oper. libert.* Impropru a. quod vocetur, ideo fieri puto, cu bona destituantur animâ, & per consequens domino obedire seu per se homagium exhibere, haud queunt. *Bald. in l. 1. n. 17. § 19. vers. 3. C. de Emanc. lib. nisi forenses i. e. illa bona possidentes hoc supplere velint.* Illud tamen homagium, quod probe not. arbitror, interdum nec conditionem personæ, rat. Jurisdictionis afficit, sed personis pro rebus tantum imponitur, quorsum pertinet *l. f. §. 25. de mun. § bon. § et. de Jurisd.* Imò nec talis subditus est *l. 17. §. 13. ad municip. Vultej. 1. F. 6. n. 5. Gravett. conf. 201. n. 15. Meichn. com. 2. lib. 1. decis. 6. n. 58. § eod. lib. decis. 8. n. 16. § n. 39.* Ubi certè perbenè difficillimarum clausularum differentiam, in eines Fürsten Land und Obrigkeit: Et unter eines Fürsten Land und Obrigkeit sitzen/observavit.

Th. 41.

Porrò sicut subditi, alii simpliciter, alii cum conditione tales fuerunt: Hinc ratione qualitatis adjunctæ, homagium in illimitatum seu purum, quo de in anteced. th. dictum; & limitatum s. conditionatum, de quo dicendum, dispescitur. Est a. conditionatum, ubi certis cum conditionibus, Imperantibus obsequium promittitur, v. g. quando subditi ex conventionem, pacto vel consuetudine, non prius cogendi ad præstationem, nisi & ipsis promissum sanctè, ut illorum jura omnia intacta serventur, privilegiaque confirmantur. Siquidem hujus puncti præjudicium satis clarum in actis Brunsvic. *par. 2. fol. 529. n. 1. § seqq.* habemus, *add. Cellar. d. l. n. 13.* talem recensens formulam; *Daß Sienehmlich Ihren Herrn unterthänig/Treu und Hold sein wollen/so lange sie von Ihm bey Ihren Gerechtigkeiten/Seehheiten/und andern hergebrachten Gewohnheiten gelassen*



sen werden. Inter conditionata deinceps & illud (eventuale, quod vocant aliàs, ideò fortè quia ante eventum seu conditionem, sub qua præstatur, absque effectu est) non incommodè referendum, quando nim. ab extraneis subditis, in casum mortis heredi futuro subjectionis juramentum præstatur, quod simultaneè in alterius personam conceptum; Germ. dicitur die *Erbhuldigung*. Undè Politici contractum hunc fœdus hereditarium vel confraternitatem salutant, *Erbverbrüderung / Erbvereinigung / Erbvertrag*. vid. *VVeibn. cons. 78. n. 3. Muscul. disp. de confraternit. concl. 52. Ritter. d. l. c. 2. n. 4.*

Th. 42.

Imò si desiderat quispiam hujus homagii Eventualis præjudicia; sat multa certè, si juberet necessitas, allegari possent. Nam A. 1262. tale confraternitatis pactum, Duces Sax. & Landgravii Hassiæ, inierunt; quod etiã pactũ à Carol. IV. an. 1422. cõfirmatum; renovatumque novissimè A. 1555. Naumburgi, testatur *Dn. Reink. d. tr. lib. 1. cl. 4. cap. 18. n. 3.* Parili modo & Duces Sax. & Principes Hennebergici inter se invicem convenerunt An. Sc. 1554. quale fœdus Carol. V. confirmavit, ut testis est *Molin. in addit. ad Dec. Cons. 516. Spangenberg. lib. 5. Histor. Hennenberg. c. 63.* Tali etiam Brandenburgicus & Pomeranus usi fuerunt fœdere A. 1587. *Coler. de Jur. Imper. Germ. th. 70. VVarem. ab Ebrenberg. de fœd. c. 2. n. 38.* Et plura alia occurrunt passim, vid. *Bodin. 1. Reip. 2. pag. 20.* ubi Comites Palatinos & Duces Bavarix, tũm de legitima bonorum suæ gentis, deficiente masculâ prole; tũm de Electoriâ dignitate ita convenisse tradit *Knich. de Jur. Sax. verb. Electorum c. 2. n. 77.* recenset, & Reges Bohemiæ & Ungariæ tale iniisse. *Ritter. d. l. c. 2. n. 44.* ubi inter alia, de quibus modo dictum & hoc habet, quod Landsassii Vasalli & Clientes Landgraviis Hassiæ, præstent die *Erbhuldigung / jedoch mit vorbehaltung / eines jeden Recht / Freyheit / Würden / und herkommen &c.* add. *Reink. d. c. 18. n. 25.* qui hujus homagii formulam recenset.

Th. 43.

Causam efficientem si perpendo, homagium in radicum seu hereditarium; & pactitium seu conventionale sese diffundit

dit. Prius ob ingentam innatamque subjectionem præstatur & Germ. *Erbhuldigung* / ut dictum, vocatur: Posterius salutarum conditionum *Huldigung* *Knich. in Encyclop. cap. 3. n. 19.* Denique ab adjuncta quantitate in determinatum & in indeterminatum distribuitur. Germ. *in die gemessichte / und ungemessichte Huldigung.* Hujus divisionis clarissimum præstò est exemplum, in Civitate Brunsvicensi; Nam ibi Brunsvicenses ut *Vehneri* utar verbis; *Dem Herzog zu Braunschweig die gemessichte Huldigung / non v. die Landshuldigung præstant, in Pract. obs. verb. Lands oder Erbhuldigung add. Ritter. c. 2. n. 43.*

Th. 44.

Constitutiva igitur s. efficiens hujus subjectionis causa est fundamentum superioritatis jam constitutum; non constituendum; quod quis vel ex pacto, statuto, præscriptione, successione aut electione habet: De quibus modis superioritatem territorialem constituentibus multus est *Ritter. d. r. cap. 3. n. 49 & seqq.* Etenim hocce juramentum, subjectionem & superioritatem, non tanquam causa effectum arguit, quasi nempe idè censeatur subditus, quæ jurat: Sed tanquam effectus causam ubi jam jam subditus est, ideoque jurare necessum habet. Hinc eleganter tradit *Reink. d. l. de R. S. 7. R. lit. 1. cl. 5. cap. 4. n. 3.* Juramentum hoc esse quasi quandam confessionem & subjectionis agnitionem; idcirco Jus quæsitum antea præsupponendum. *conf. Thom. Michael de Jurisd. concl. 57. Gail. de Arest. c. 6. n. 10. Meichner. tom. 2. lib. 2. decis. ult. n. 122. & seqq.* Erit E. homagii causa efficiens superioritatis insigne *Vultej. Conf. Marp. 35. n. 30. vol. 1.* Homagium a Superioritatis recognitæ tessera *Knich. de Jur. territ. c. 3. n. 168. Reink. d. l. n. 3. Dn. Leif. d. Disp. de Landsass. th. 37.*

Th. 45.

Circa homagii materiam si quis fortè curiosus sit, illam vel contenti; vel adjuncti esse, reponendum. Materiam contenti s. in qua, constituunt territoria, omniaque loca in quibus Juramentum subdititium exercetur. *Schneid. de feud. p. 5. n. 68. Vultej. 1. F. 6. n. 5. Rosentb. de Feud. c. 6. concl. 85.* Adjuncti seu circa quam homagi-

magiale foedus subsistit, absolvunt subjecta activa homagium  
exigentia; suntque omnes τὸ κρείον. superioritatem & Jurisdi-  
ctionem quandam habentes; e. g. Imperatores, ceterique im-  
mediati, ut Reges Electores, Principes, Comites, Barones, Civi-  
tates Imperiales liberae, Nobiles immediati, Collegia Canoni-  
ca libera, Commendatores, Burggravii; Civitates immediatae  
non Imperiales; Et Mediiati, ut Principes mediiati, Comites &  
Barones mediiati, Nobiles mediiati, Civitates municipales: Et  
passiva de quibus supra *ib. 34. & seqq.*

Th. 46.

Quum v. multum utilitatis, cujusque personae jura dignita-  
tem ac excellentiam exploratam habere, propullulare senti-  
am; quam brevissimis illas ratione propositi perlustrabo. Ac-  
cum non leve dubium initio statim, inter Imperatorem & Pa-  
pam ratione praecedentiae se sistat: Idcirco de eo puncto, dis-  
ferendi ansa statim mihi praebetur. Hoc a. decidendum ut ag-  
grediar, non equidem Papalis dignitas, quae exigua, imo nulla  
ap. nos, exposcit ac desiderat; Sed summa hujus materiae ne-  
cessitas, siquidem hoc nisi discusso prius dubio, felicem pro-  
gressum, vix ac ne vix sperandum habeo. Ordine a. ut ince-  
dam, primitus ad oculos, Imperatori primas competere circa  
superioritatum Jura, enucleabo; Postea rationes dubitandi, illa-  
rumque refutationes addam.

Th. 47.

Rationes pro Imperatore facientes haec sunt praecipuae 1.  
quod in *C. convenior 23. q. 8.* dicatur; Pontificalia jura omnia  
in Imperatoris manu esse. 2. in *c. clericos dist. 21.* Apicem Pon-  
tificialem Imperatoriae potestati inesse, atque sic recte cum *Bo-  
dino de Rep. lib. 1. cap. 9. Vulrej. 1. F. 4. n. 9. Reink. lib. 1. de R. S. & E. cl.  
2. c. 4. 5.* paginam verto, statuendo, quod Pontifex potius Impe-  
ratoris subditus & vasallus sit, quia non, nisi ex Imperatorum  
concessione nobilissimas Imperii tenet partes. 3. ratio funda-  
ta in *c. nos si in competentes 2. q. 7. c. 7. qui filii legit. c. 6. dist. 38.* In  
quibus sponte Pontifices se Imperatori subesse fatentur; Quod  
praeterea *R. J. August. A. 1500. sub Tit. Wie man mit dem Pabst  
han-*

D

Handelu soll. verb. des Reichs/ des dann Seine Heiligkeit zuge-  
than &c. qui cum dictis txx. conspirat, innuit clarissime. Ac-  
cedit 4. quod Carol. M. ac istius successores Jus eligendi Pontifi-  
ces, juxta ac sedem Apostolicam ordinandi, per aliquot ha-  
buerunt secula. *Anton. Coler. de Jur. Imper. R. sect. 5. Pauermeister.  
de Jurisd. lib. 1. c. 26. n. 14. 5. quod Imperatoribus olim confirman-  
di Pontifices competierit potestas Sleidanus lib. 2. comm. ac 6.  
tandem quod depositionis Jus Imperatoribus adscribatur conf.  
Thom. Michael. de Jurisd. th. 10. Ritt. d. l. c. 4. n. 65. Exemplo sit,  
Henrici IV. Pontificatum Benedicto X. abrogantis, Nicolaum-  
que II. substituentis, factum, conf. Clar. Schnob. Diff. Feud. 3. t. b. 10.  
ibidemque Magnif. Dn. Merger Patronus & Studiorum meorum  
promot. summe colendus. Carpz. ad L. Reg. Germ. c. 2. sect. 4. n. 21.*

Th. 48.

Dubitandi rationes, illarumque solutiones sunt, (I.) quod  
Imperatores nostri, utpotè Carol. M. Leoni Pontifici & Otto Jo-  
hanni XII. Juramenta præstiterunt. *can. 33. dist. 63. cap. Romani  
vers. nos præmissis. Clem. un. de Jur. Jur.* Verùm R. ad *can. 33* di-  
sting. inter juramentum protectionis s. defensionis; & inter fi-  
delitatis. Ad *cap. Rom. R. concedendo*, si Imperat. præter Impe-  
rium feudum habeat à Pontifice *ad Clem. unic. R. Juramenta esse  
strictissimi juris*, nec pro cujuslibet arbitrio extendenda. (II)  
Proferuntur txx. ex Jure Can. quam plures, nempe *c. 1. dist. 93. ibi  
Pontifici tota Ecclesiâ parere dicitur; c. inter de transl. Episc. ibi,  
quod omnia faciat, ut Deus non ut homo: c. si Papa dist. 40.  
quod nullus ei obloqui possit, cur ita facis. Spec. Tit. de legat. 5.  
nunc ostendendum vers. 89. c. solita §. prætere à de major. & obed. ibi  
quod Imperatori tantùm tribuat ac præstet, quantum Sol lunæ,  
&c. Ad quos txx. omnes in genere R. Illos ex ipsorum Pontifici-  
orum penu, contra Jus divinum, desumptos esse, ac per conse-  
quens his, ut domesticis parum fidei adscribendum. *l. 10. ff. de te-  
stib. l. 3. C. de test. Reink. d. l. cl. 2. c. 2. lib. 1. n. 44.**

Th. 49.

(III.) Obstare videntur exempla Sigismundi Imper. in re-  
formatione sua *cap. 10. lib. 2. pag. 151. edit. Basil. ibi; Also bestund  
der Kaysers wohl und regiert Ehrlich und Löblich bis auff die Zeit  
da*

da Constantinus der grosse Kaysler kam der Auffähig war/ben der  
Pabst Sylvester reiniget und schön machet/in der Tauff da er den  
Pabst zu Füßen fiel/ und von der Hand alles Erdreich gab in S.  
Sylvesters Hand. Da aber der Pabst Ihn wieder zum Kaysler  
machet/ und er empfieng die Kayslerliche Gewalt von dem Pabst  
in Lehneweiß/und als ein Stadthalter und beschirmer des Heil.  
Christl. Glaubens/und nahm in seine Hand das Weltl. Schwert/  
da ward von Ihm alle Ordnung und Weltlich Recht gesetzet und  
gemacht &c. Et Maxim. I. Imper. in Epistola ad Liechtenstein. Ba-  
ronem teutonicè scripta, quam se vidisse ait M. F. in add. notar.  
ad Pseudo Constant. Quorsum spectant versiculi :

*Rex venit ante fores, jurans prius urbis  
honores*

*Post homo fit Pape, sumit quò dante coro-  
nam.*

Radev. lib. 1. n. 9. Respondendum namque, ista, quat. dicti Im-  
peratores, religionis specie, Pontificum fraude decepti fuere.  
Ceteris Imperatoribus nil quicquam præjudicare posse. arg. l. 12.  
ff. de offic. Præs. id.

Th. 50.

Quapropter ex hæcenus dictis remanet Imperatorem  
Pontificem majorem esse : Imo eum totius mundi & Orientis,  
Occidentis, Meridiei & Septentrionis dominum appellat Bal-  
dus Conf. 359. lib. 3. Ritter. d. l. n. 62. Ad de A. B. Carol. IV. c. 2. Sanctam  
istius auctoritatem deprædicat Dn. Leif d. D. de Landsaß. rb. 31. E-  
minet enim tanquam stella matutina inter omnes Reges in me-  
dio nebulae meridionalis lpen. C. de bon. qua. liber. Sixtin. 1. Re-  
gal. 4. n. 6. Quod ipsum de se testari non verentur Ludovicus  
IV. & Fridericus Pulcher Imperatores his verbis : Wir Ludwig  
und Friedrich &c. bekennen das Wir uns miteinander verbunden  
ewiglich das Wir das Römische Reich/darzu Wir beyde erweh-  
let und gewethet sein mit allen seinen Würden &c. und was es  
hat und darzu gehöret/über alle die Welt miteinander/ gleich als  
eine

eine Person besitzen sollen und wollen &c. und soll jederman fürbaß von einem andern recht nehmen/an allen Sachen/in allen Landen über alle die Welt *Ritt.d.l.c.4.n.62.add. Cuspinian. in Austria.* Sed in his loquendi formulis verba quædam excessiva esse, non admodum pugnabimus. Nec Regem Rom. qui existente adhuc Imperatore, ob prægnantes eligitur causas, juxta ac Imperii caput dicitur. *R. J. de A. 1555. §. und im fall. Sleidan lib. 7. comm. inf. Perpetuus Imperii Vicarius Thom. Mich. de Jurisd. concl. 29. lit. C. Imperatori æqualem agnosco. Quum & ipse Imperatorem Dominum suum d. R. J. A. 1555. inf. appellet; ac Ei Majestatem assignet R. J. zu Spener de A. 1542. §. damit auch solcher Ordnung.* Imò ejus potestas præsentem Imperatore, pro Civiliter mortua habetur. *Reink. d. cl. cap. 14. n. 54.*

Th. 51.

Reliquos porrò quod attinet territoriales dominos, antequàm de illis quicquam afferam, distinctionem prius præmittendam censeo; Alios nim. propriè sic dictos, ut sunt immediati omnes s. status sint s. non; Alios impropiè tales esse & mediati voeantur, id est qui ex superioris immediati status, vel concessione vel alio titulo territorium jurisdictionale habent. Qui v. Immediati sint tradit *Nicol. Myler. d. tr. de Princ. & Stat. J. R. G. cap. 10 p. m. 70.* Nè v. hæretur secum quispiam, cum Status mentio per sæpè hic fiat, quid Status sit; auferem ex *R. J. zu Trier de A. 15. 2. & R. J. zu Augspurg de an. 1548.* cum Publicistis statum sic describere; quod sc. sit immediatus Imperii Civis, cui in Comitibus suffragium ferendi jus sit. *Gail. lib. 1. obs. 21. n. 12. Matth. Steph. de Jurisd. p. 1. c. 4. n. 27. Reink. d. l. cl. 4. c. 1. n. 2. Limn. lib. 1. Jur. Publ. c. 7. n. 79. Myler. d. l. Dn. Leif disp. sua de Landsaß. th. 19.*

Th. 52.

De cætero Status in tres regulariter classes dividuntur; in primam Electores, in alteram Principes & in tertiam Civitates locantur. Primum Electorum fit mentio; suntque Electores status Imperii Jus eligendi Cæsarem habentes Germ. Die Chur Fürsten; olim Septemviri à numero septenario dicti, uti Romæ Duum Viri, Triumviri, Decemviri; ast hodiè per restitutionem Pala-

Palatini Octoviri sunt. Et dividuntur in Ecclesiasticos, quorum tres (I) Est Archiepiscopus Moguntinus, qui Archicancellarius per Germaniam penes quem etiam archivum Imperii est, salutatur; Imò & Decanus Collegii Electoralis; nam vacante sede Imperatoria reliquos Electores, ut intra tres menses compareant ad Imperatoris electionem, convocat *A.B.c.2.* (II) est Archiepiscopus Trevirensis, qui Archicancellarius per Galliam & Regnum Arelatense audit. In Electione ipsi primum suffragium competit *A.B. t.4.* (III) est Archiepiscopus Coloniensis, qui vocatur Archicancellarius per Italiam, h. e. per Regnum Longobardorum & reliquias Imperii Rom. ac isti secundum votum competit *d.t.4. A.B.* Notabile est, quod habet *Limn. de Jur. Publ. lib 3.c.5.* Prædictis tribus dignitatem Electoralem haud competere, ut Archicancellariis, sed ut Secularibus Principibus sc. ratione Ditionum Regaliumque, quæ in feudum ab Imperatore immediatè tenent. *Buxtorff. c. 1. th. 18. ad A.B.* quam ob causam collectas quoque ( de quibus notatu digna tradit *Maul. d. tr. Tit. 9. n. 1. & seqq.* ) Imperio exsolvunt, atque homagium præstât. *Mynsing. 1. obs. 14.*

Th. 53.

Et in Politicos; quorum quinque (I.) est Rex Bohemiarum, Imperii Archipincerna, tenetur enim Imperatori in Curia solenni primum porrigere poculum vini aquâ permisti *A. B. t. 4. & 27.* ex quo *d. t. 4.* ipsi tertium votum competere, clarescit. Imperii tamen statum eum non esse communiter ferè affirmant hodie scribentes: quibus & ego assentior. In quam rem produco, *R. J. de A. 1500. Tit. folget weiter § wie man mit den Königen. R. J. de A. 1551. § ferner haben Wir R. J. 1530. § darauff haben &c. vers. it. Da sie auch zuvor.* quibus locis Rex Bohemorum ad collectam præstandam invitatur potius, quam adigitur, quâ amabili tractatione tantopere opus haud fuisse videtur si Imperii status esset. Imò hoc unicum pro multis adferre sufficiat; quod Ferdinandus I. Rex Bohemiarum Fratri Carol. V. in Comitibus Augustæ *A. 1548.* pro libertate Regni Bohemici opposuit. ubi inter alia hæc saltem refero: *Zu dem das ein König zu Böhmen zu einigen*

D 3

nigen

nigem Reichstage nicht beschrieben würde, auch weder Standt  
noch Stimme im Reichsrath hätte &c.

Th. 54.

Quod si ergo votum & sessionem in Comitibus non habet Bohemorum Rex, ut ipsum fateri modo audivimus, nec Status Imperialis ipsi competet dignitas, ceu ex Status definitione à nobis traditâ apparet: quicquid in contrarium afferat *Limnaeus Lib. III. Jur. Pub. cap. 8. n. 23.* Quo ipso tamen à subjectionis vinculo, quo Imperatori obstringitur, cum non liberamus: nam non solum fidelitatē sed & obedientiam Imperatori ac Imperio jurat; ut apparet ex juramento à Rege Vladislao An. 1477. Imp. Friderico III. in hanc sententiam præstito, dem Kaysers und dem Reich getreu und gehorsam und gewertig zu seyn / den Kaysers vor seinen rechten Natürlichen Herrn zu halten / zu dienen / als einen Erbschenscken und Churfürsten des Reichs gebühret &c. Plura qui cupit adeat *Becker. in Synops. Jur. Pub. l. 3. c. 7 n. 11. Reinking. l. 1. clas. 4. c. 3 n. 38. Limn. cit. cap. 8. Tom. 1. add. ad n. 28. d. cap. Dn. Conring. Tract. de Finib. Imper. Germ. c. 29. & ab illis allegatos.* Hocque in tantum verum est, ut judicio Jurorum Gallorum ex Regibus Europæis solus Bohemorum Rex sine contradictione Cæsari subicitur, testante *Arthur. Duck de auctor. jur. civ. l. 2. c. 15. n. 5.*

Th. 55.

(II.) Est Dux Bavarix, cui Imperator Ferdinandus II. Electoralem dignitatem cum Palatinatu assignavit *Ann. 1623. d. 25. Febr.* non tamen sine multorum contradictione: unde tandem res per Transactionem decisa *Pacif. Osnabr. art. 4.* qui videri potest. (III) Est Elector noster Saxonix Serenissimus, cui Electoralis dignitas à Sigismundo Imperatore applicata. Quintum a, habet votum; juxta ac vacante Imperio, Vicarium in terris ubi Jus Sax. viget, repræsenterat. *A. B. c. 5. & in c. 26. & 27.* officium Archimareschallatus in Curia solenni Imperiali habet, pariter ac in solenni processione evaginatam præfert gladium. Sic Jus de non appellando à multis tenuit temporibus ac retinuit. *Schnob. Diss. ad w. ult. th. 4.* [IV.] Est Elector Brandenburgicus *A. B. tit. 4. S. zum nechsten;* qui sextum votum habet. *conf. Reink.*



*Reink. d. tr. lib. 1. cl. 4. c. 1. & seqq.* Ultimus tandem est Pala-  
tinus, restitutus per *Pacific. Osnabr. art. 4.* qui septimum habet  
votum. *conf. Laur. act. publ. p. 57. Coronat. Leopold.*

Th. 56.

Hos proximè sequuntur Principes, Regalem dignitatem  
& territorium sub immediata Imperatoris & Imperii Jurisdicti-  
one possidentes *Carf. Mastrill. de Magistr. lib. 4. c. 3. n. 6. Fürsten qs.*  
*Fördersten oder Forsteher dicti Spangenh. Spec. Nob. lib. 10. c. 8. in*  
*pr. Tacit. lib. 1. Isidor. 9 Etymol. in pr.* Atque hi secundam Statu-  
um classem absolvunt. Dividuntur a. in Ecclesiasticos quoque  
& Seculares: Ecclesiastici sub nomine Prælatorum continen-  
tur, licet dignitate distinguantur. *Gail. 1. obs. 30. Myns. 5. obs.*  
*6. add. Pacif. Osnabr. art. 5. §. 6.* Suntque vel Archi-Episcopi &  
Episcopi, his accensentur Abbates, *Gefürstete Aebte / Præposi-*  
*ti, Abbatissæ &c.* qui Regali dignitate sunt præditi, sessionemq;  
ac votum in Comitibus, aliaque superioritatis jura habent. *Arum.*  
*discurs. 3. ad A. B. Ritt. d. l. n. 70.* Nec movet, Ecclesiasticis ut sic,  
gladii potestatem, minimè gentium competere; quia isti hoc in  
passu, non ut Ecclesiastici, sed ut seculares considerantur. Huc  
namque spectat Augustana confessio *art. 7. de potest. Eccles.* nem-  
pe, si quam habent Episcopi potestatem gladii, hanc non habe-  
re ex mandato Dei, sed ex Jure humano donatam à Regibus &  
Imperatoribus, ad suorum bonorum civilem administrati-  
onem.

Th. 57.

Secularium Principum nomina, dum varia sint: Sunt nò  
Archiduces, Duces, Marchiones, Landgravi, Principes &c.  
proindè, ut de distinctis, distinctè procedam; distingvendi e-  
runt in Principes simpliciter, a. in specie tales, quales sunt in  
Imperio Anhaltini, *Fürsten von Anhalt. Reink. d. tr. lib. 1. cl. 4. c.*  
*8. n. 6.* Et in Principes alio simul dignitatis titulo insignes, i. e.  
qui præter titulum Principis & Ducis vel alio gaudent titulo.  
Duces a. à ducendo exercitu salutantur *Isidor. 9. Etym. Zaf. p. 5.*  
*feud. n. 6. Germ. Herzogen / ab Heer / conf. Vultej. 1. F. 4. n. 14.* Ab  
his Archiduces descendunt, qui primarii post Electores *Vultej.*  
*d. 6.*

d. l. quales in Germania sunt Duces Austriæ, aliàs Erzhertogen dicti. *Paueri lib. 2. de Jurisd. c. 8. n. 3. Reink d. tr. lib. 1. cl. 4. c. 10. Th. 57.*

Denique & Magnorum Ducum der Großherzogen in Italia, Muscovia, Lituania, Magni Cham Tatarorum apud Doctores fit mentio. vid. *Ruland. de commiss. p. 2. lib. 5. c. 4. n. 6. n. 22.* Huc & Marchiones, qui de Marchia investiti, die Marggraffen genentur; Unde Marchia Brandenburgensis, Moravia, Badensis &c. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 91.* It. Landgravii, Comites Provinciales vocati, & quidem ideò quod olim fuerint totius alicujus Provinciae Praefecti, *Vultej. d. l.* Atque sunt Landgravii Thuringia, Hassia, Alsatia, & Leuchtenbergenses. *Reink. d. l. lib. 1. cl. 4. c. 13. n. 15.* Et denique Comites Palatini die Pfalzgraffen. *Sixin. Regal. 5. n. 119. Reink d. c. 13. n. 9.* Qui comites Palatini ad Rhenum, ad tantam evecti sunt eminentiam, ut jam inter Seculares Electores post Regem Bohemiae primas teneant, vid. *supra ib. 55.* Quos sequuntur Comites die Graffen / quæ vox apud Saxones denotat judicem, & Feudistis sunt judices Ordinarii, qui in pace & otio Jus reddunt. *c. un. S. si judex de pac. ten. & Barones, die Freyherren à Germ. Freyen q. Frajones. Vultej. d. l. Ritt. d. tr. cap. 4. n. 74.*

Th. 58.

Ultima Statuum Classis n. Civitates succedunt; ac dividuntur in Scamnum Rhenanum & Svevicum, & quodlibet scamnum habet unum votum. *Sprenger. in Jurispr. Publ. Imperiales a. indigito, quæ licet jura Principum personalia haud habeant die Landsfürstl. Obrigkeit / dum in illis Dux a. Princeps non residet Cluten. in Syllog. rr. quot. concl. Dn. Leif. d. Diss. de Landsass. habent tamen die Lande Obrigkeit in suis districtibus Ziegl. S. Landsass. p. 1. n. 203. & seqq.* Quomodo a. Civitates Imperiales, aliæque Jus Comitiorum haud habentes, ad immedietatem pervenerint, tradit *Dn. Conring. de Urbib. Germ. & Lehmann. Chron. Spir. l. 4. c. 3.* Quid v. de mixtis Civitatibus, quas ita nominat *Matth. Steph. d. c. 1. n. 19. & seqq. & Henric. Bruning. de var. univers. spec. conclus. 14. lit. c.* quæ partim Imperatorem recognoscunt; partim

partim certis conditionibus & pactis alicui Principi subsunt,  
statuendum, suggerunt *Myns. Boier. Dn. Reink. d. rr. lib. 1. cl. 4. c. 20.*  
n. 7. Et tantum de Statibus.

Th. 59.

Ad residuos immediatos, qui status non sunt, transeo subditos, quales sunt in Svevia, Franconia & ad tractum Rheni, die Fränkische/Schwäbische und Rheinische Ritterschafft. Hinc in *R. J. de A. 1555. §. Und in solchen Frieden. Ordinat. Cam. par. 2. tit. 5. R. J. de an. 1500. Tit.* Was man mit den Ritterschafften zu Francken / Schwaben und Rheinlanden handeln soll; vocantur die Freyen von Adel/ die Freye Ritterschafft/ welche ohne mittel dem Kaysler und dem Reich unterworffen. Huc etiam refero Collegia Canonorum libera, quæ immediatè Cæsari & imperio in Civilibus parent *conf. Reink. l. 1. cl. 5. c. 10. n. 18. it. Commendatores Reink. d. l. n. 23. ac tandem Burggravios n. 21.* Ad probandam a hanc distinctionem; inter immediatos, qui status, & qui non; Convolvo ad *R. J. Wormat. de A. 1564. §. Und wollen Wir.* Imò arbitror Svevicæ familiæ interitum, non infimam huic dist. ansam præbuisse. *add. Dn. Leiser. d. Disp. de Landsaß. lb. 23. §. seqq.*

Th. 60.

Distinctionis supra *th. 51.* traditæ alterum se sistit membrum; nim. Mediati subditi, qui domini territoriales abusivè vocantur. In horum a. numero sunt. [1.] Principes mediati; die Landsfürsten dicti, ad differentiam der Reichsfürsten. *Landr. lib. 3. art. 58.* quales sunt in Silesia Principes Lignicenses, Teschineses & Monsterbergenses. *Pauerm. lib. 2. c. 9. n. 9. vers. tres itaq;. Ziegl. ad §. Landsp. 1. n. 222.* [2.] Comites & Barones mediati. *conf. R. J. de A. 1548. §. Wiewohl auch in der Ringerungs Handlung. c. 8. Comites von Eberstein zu Newgarten; Comites von Sponheim; Comites de Hardeck &c. Ritt. d. l. c. 4. n. 82.* [3.] Nobiles mediati gemittelte von Adel/ aliàs Landsassii nominati, qui in Saxonia nostrâ in Scrifftsassios & Amptsassios distribuuntur, de quorum origine & differentiâ videatur Sæpius Laudati. *Dn. Leiseri disp. de Landsaß. à th. 38. ferè ad finem usque.* Huc denique [4.] Civitates Municipales pertinent, der Fürsten; oder Land Städte. *conf.*

E

R. J.



R. J. zu Spener de A. 1544. S. Die Frey und Reichs Städte so den Fürsten und andern Herrschafften zugehören. It. R. J. de A. 1548. S. Und als erslich & S. aber ein jeder Prälat. add. l. 26. de V. S. l. 10. ad Municip.

Th. 61.

Materiam circa quam sequitur forma, quæ & hîc, ut supra *th. 6.* monui vel substantialis vel accidentalis est. Substantialem constituunt ultima definitionis supra traditæ *th. 32.* verba, nempe mutua fidelitatis promissio, quæ desiderant, quod uti subditi ad obedientiam obligati sunt; ita & Dominus ad rectè administrandum. *Pruckm. de Regal. c. 3. n. 35. & seqq.* & juxta *Menoch. lib. 6. praef. 12. n. 22.* Als ein Landes Vater subditos diligere iisque providere tenetur. *add. Gravett. 241. n. 7.* Hinc edita verba; Ein getreuer Knecht; Ein getreuer Herr. *Gothof. diss. F. 7. th. 1. lit. c.* Quum v. hodiè homagia regulariter debeant esse jurata; (*vid. supra th. 27.*) Idcirco breviter de Imperantium & subditorum juramentis, ad formam eò melius dilucidandam, perorabo. Et licet initio Imperantes jurare haud necessum habuerint. *Alvarot. in c. 1. de form. fidel.* Hodiè tamèn secus est. *Ritt. d. l. 6. n. 117.* Neq; hoc indecorum, siquidem Terrarum Dominor Ipse foedus, quod per dextram suam, per vitam, animam confirmavit, cum Ecclesia iniit, ut videre est *Josue 1. vers. 6. Esa. 62. vers. 8. Psalm. 132. vers. 11.*

Th. 62.

Eapropter, prout ex *A. B. Tit. 2. S. pen. & ult.* apparet Imperator noster Romano Germanicus, antequàm confirmatur, Electoribus jurare tenetur; quod & verba *Landr. lib. 3. art. 54.* desiderant; Als man den König wehlet / so soll er dem Reich Hulde thun und schwehren. A quo nec Hispanorum Rex, nec Gallia, Hungaria, Scotia, Anglia, Polonia, Bohemia, Dania, Svecia immunes sunt. *Ritter. cum alleg. d. l. n. 119.* Parili modo & status Imperii Rom. suis subiectis jurare, asserere videtur. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 269.* addito tamen, wie es eines jedern Orths von Alters herkommen / It. & Praefectus s. Magistratus, U-  
niver-

niversitatis negotia gubernans in Municipiis, Juramentum fidelitatis ad certa puncta præstat; & contra. *Albus. c. 5. Polit.*

Th. 63.

Subditi a. in Rom. nostro Imperio hunc in modum jurant, ut tradit *Wehn.* quem sequitur *Cellar. d. l. c. 19. §. 12.* Ich gelobe bey meinen wahren treuen/an Endesstatt/das ich dem N. N. als regierenden meinem rechten Natürlichen Erbherren/ und dero Erben/Untertänigst/Behorsam/Hold/Treu/und gewertig sein/seiner Gnaden frommen fördern/ und Schaden wenden / auch in allen Sachen/ was ein getreuer Landsaß und Untertaner seinem rechten Erbherren zu thun schuldig ist/getreulich thun / soll und will/ alle List und gefehrde hterinnen ausgeschlossen. Vel breviter ita; Ich gelobe meinem Herrn und König Carolo (nam hanc Juramenti formulam teste *Cujac 2.F.7. Carol. M. suis præscripsit*) Und seinen Söhnen getreu zu seyn und zu bleiben so lang ich lebe ohne gefahr. *Lehman. in Chron. Spir. lib. 2. c. 18. fol. 89.*

Th. 64.

Juramenti formulam, quam status Imperii Imperatori exhibent; tradit *Warem. ab Ehrenberg. lib 2. de fæder. c. 1. n. 161.* Wir Nachbenante N. N. als Vollmächtige/ Gewalthabere des Durchläuchtigen/ Hochgebohrnen/ unsers Gnädigen Fürsten und Herrn/ Geloben und Schweren in Krafft des Schriftlichen Gewalts / den Wir zur Sankelen übergeben auff das Hl. Evangelium/ das Wir hie leiblich berühren/ und in die Seele Hochgedachtes ic. das J. S. G. von der Lehn wegen / die J. S. G. jeko verliehen und gereicht werden / nun hinfort von dieser Stund an/ sich dem Allerdurchläuchtigsten/ Großmächtigsten und Unüberwindlichen Fürsten und Herrn/ Herrn Rudolph den Andern Römischen Käyser und König/ und dem Reich Treue/ Hold / Behorsam und gewertig/ auch nimmermehr wissentl. in dem Rath seyn soll noch will/ da ichts wieder E. Käys. May. Persohn / Ehr / Würde und Stand gehandelt und fürgenommen wird/ noch darein willigen oder befehlen in einigem Weg / Sondern Kens. Mant. und des Reichs Ehre/Nutzen und Frommen betrachten und befördern / nach allem Ihren Vermögen/ und ob J. S. G. irgend verstünden /

E 2

das

daß etwas fürgenommen oder gehandelt würde/ wieder E. Käyf.  
Mayr. Persohn/ oder das Hl. Reich/ demselben wollen J. J. G.  
getreulich vor seyn/ und E. Käyf. Mayr. dessen unverzüglich war-  
nen/ und sonsten alles daß thun/ daß einem getrewen Fürsten ge-  
gen E. Käyf. Mayr./ und dem Hl. Reich gebühret/ von Recht und  
Gewohnheit wegen/ ohn arge List und gefährde/ als J. J. G. Gott  
helff und das Hl. Evangelium.

Th. 65.

Formulam Civium Municipalium habet *Ritt. d. l. cap. 6. n.*  
*133. v. c.* Ich schwere daß ich nun hinforter nach diesem Tage in  
der Stadt N. ein treuer und Holdbürger will sein/ den Herrn zu  
Ihrem rechten/ und der Stadt zu Ihrem rechten/ und will nicht  
thun/ daß gegen die Herrn und der Stadt sey / und da ich jemand  
wüste/ der dessen etwas thäte/ daß will ich unhelend sein/ ohn arge  
List/ so wahr mir Gott helffe und sein Heiliges Wort. Acciden-  
talem denique formam solennia quæ in Juramento fidelitatis  
subditio servanda, absolvunt, quæ optimè quis ex variarum Re-  
gionum consuetudine, haurire potest. *conf. Reink. d. tr. lib. 1. cl.*  
*5. s. 4. n. 2. Gylm. decis. Camer. 46. n. 97. Ziegl. ad §. Civitas limit. 8.*

Th. 66.

De fine & effectu, quorsum spectant, definitionis supra *ib.*  
*32.* traditæ verba; ad obedientiam &c. nunc agendum foret, ni-  
si ex parte supra *ib.* 26. mentionem istius fecissem. Verùm cum  
ibi saltem ad dominum habuerim respectum; idcirco pauca  
etiam de subditorum fine afferam. Qui esse potest; (1.) Jura-  
ta dominorum, se etiam fidos existere velle, promissio. (2.) se  
Patriæ salutem respicere & bonum pastorem exercere velle *Ferr.*  
*Montan. lib. 6. F. c. 1. vers. f.* Et ut multa paucis comprehendam de-  
bent domini primariò Subditorum s. Civium salutem respicere  
& qs. oblivisci commodi proprii. Atque sic (3.) Ultimus Civi-  
um & Subditorum finis erit salus & utilitas publica. *Ferdin. Vasq.*  
*illustr. quest. proæm. lib. 1. n. 102.* Ad effectum refero (1.) si liberè  
illud præstitum fuerit, Matriculæ inscriptionem, daß man in  
des Reichs anschlag stehet *Beck in Synops. Jur. Publ. lib. 3. cap. 2.*  
*n. 2. Limn. de Jur. Publ. lib. 1. c. 6. n. 76. & seqq. Myller. de Stat. Im-*  
*per.*

*per. cond. 12. n. 1.* Atque hoc respectu Imperatoris & Imperii; nã Statibus præstitum mediatos subditos facit, die Landsassen dictos, vel obedientiariorum *Ziegl. ad §. Landsass. pa. n. 4.* Modo personale fuerit, secus si reale. Atq; hinc fluit [2.] quã subditi sunt, ut ad personalia, ordinaria, mixta & extraordinaria teneantur munera subeunda, de quo puncto *Maul. tr. d. Tit. 9. per tot.* eruditè differit.

Th. 67.

Hujus Juramenti affinia sunt [1.] Juramentum fidelitatis; siquidem homagium sine fidelitate nullum planè. Undè fit quod ambo, h. e., qui homagium, quique Juramentum fidelitatis præstiterunt, dilecti & fideles salutentur. Exindè tamen haud fluit, ac si effectu quoque convenient; differunt namque multis modis. Etenim Homagio præstito, subditus quis fit; præstito a fidelitatis, non itè. Nam qualitas Vasallitica ex non subdito subditum non efficit. *Wesenb. Consil. 1. n. 47. Cujac. 2. F. 7.* Homagium nisi desideretur, non offertur; Juramentum fidelitatis, nisi quis se beneficio velit privari, intra annum & diem, extincto sc. vel Seniore vel Vassallo, spontè offerendum. *2. F. 24. pr. 2. F. 40. 2. F. 52. §. 2. 2. F. 55. in f. pr. Clar. Schnob. D. F. 5. Tb. 14.* Nec obstat *1. F. 22.* ubi non diei sed mensis spatium conceditur; siquidem huic dubio in *d. 1b. 14. ad Schnob. Magnif. Vir. Dn. Merger. satisfecit eximie.* De Jure Sax. uti ex *c. 2. Lehnrecht* videre est, itidem renovatio exigenda intra annum, & diem sed ibi per diem intelligunt Dd. legalem terminum Saxonicum, nempe sex Septimanarum cum tribus diebus.

Th. 68.

Porro spectat huc [2.] Juramentum familiaritatis s. domesticitatis, cujus mentio jam semel supra facta *1b. 29.* *Nath und Dienstpflicht*; quo equidem quis non ad obedientiam alligatus, sed saltim ad honorem domini, quamdiu in ejus officio vivit, custodiendum. *Menoch. conf. 943. n. 13 Rosentb. de feud. c. 6. concl. 85. n. 11.* [3] Juramentum confederationis s. homage de pais secundum Gallos, ubi socii jurant se alicujus Majestatem

comiter esse observaturos l. 7. ff. de captiv. & postlim. revers. non quidem ex obsequio, sed reverentia saltem. Hugo Grot. de antiq. Batav. cap. 3. Ritter. cap. 1. n. 33.

Th. 69.

Sic [4] Juramentum protectionis huc referri potest, ubi quis alteri regionis vel religionis defensionem promittit: Quale præstitum Leoni Pontifici à Carol. Magno his verbis: Ego Carolus Imperator &c. In nomine Christi spondeo & profiteor coram Deo & B. Petro Apostolo, me protectorem & defenso- rem fore hujus S. Ecclesie Rom. in omnibus utilitatibus, quate- nus divino fultus fuero adjutorio. Reink. d. l. lib 1. cl. 2. cap. 4. It. huc spectat art. 1. Cap. moderni invictiss. Imp. LEOPOLDI: ubi Imperator juratò Romanæ sedi clientelam pollicetur in verbis; Daß Wir in Zeit solcher unserer Königl. Würden/ Ampts und Regierung/die Christenheit und den Stuel zu Rom/auch Pabstl. Heiligkeit und die Christl. Kirchen/als derselben Advocat in gut- tem treulichen Schutz und Schirm halten: &c. Sed mox notan- ter additur. Gleichwohl so viel diesen/wie auch den nachfolgen- den 19. Articul gegenwertiger obligation, und als über und wie- der Concordata Principum &c. belanget/haben vorgemeldte un- sre liebe Dheime/die drey Churfürsten zu Sachsen / Branden- burg und Pfalz /sich ausdrücklich gegen uns erkläret/was daselb- sten von dem Stuel zu Rom/auch der Pabstl. Heiligkeit vormel- dung geschicht/daß Ihre Ebd. Ebd. Ebd. vor sich und ihre Religi- ons Verwandten darinn nicht willigen/noch Uns damit verbun- den haben wollen. (5) Juramentum officiale, ratione deman- dati officii quod præstatur. (6) Juramentum Studiosorum, quæ in studiosorū album recipiendi. Quæ tamen omnia in effe- ctu, à nostro Subditio, multū discrepant. Cell. d. l. §. 15. & seqq.

Th 70. & ult.

De contrariis, dum colophonis loco, quid monendum est; Sciendum [quia ex supra th. 26. dictis hodiè juratò homagium regulariter præstari debet:] quod quis immunis sit; [1] si Privi- legium de non juraudo habeat Knich. in Encyclop. c. 3. n. 101. Mi- nimè gentium tamen & subjectio sic remissa censetur arg. l. f. C. de bon.



*bon. libert. Ferr. Montic. lib. 6. F. c. 3. §. relatum.* Quemadmo-  
dum nec fidelitas, sublato fidelitatis Juramento remissa credi-  
tur, nisi quis totam feudi naturam destruere velit. Constituit  
enim fidelitas feudi quidditatem & substantiam, quâ detractâ, i-  
psium quoque perit. *l. 9. §. 3. inf. ad exhib.* Hinc & Vasallus pas-  
sim fidelis salutatur. *conf. tx. 1 F. 4. 1 F. 5. Hattys. ad Jus Feud. c. 20.*  
*p. 7. Schnob D. Feud. 1. tb. 20.* [2] Relegationem inter contraria  
reperio, s. perpetua s. temporalis sit illa : Tenetur enim quis,  
si fortè in gratiam receptus iterùm, de novo die Landes-Huldi-  
gungs-Pflicht / id quod tamèn, secundum cujusque loci con-  
suetudinem examinandum, præstare. *Matth. Steph. de Jurisd.*  
*lib. 2. p. 1 c. 7. n. 423.* [3] Traho hùc nimiam dominorum sæviti-  
am. *Maul. de hom Tit. 3. n. 4.* quia nec Principi, nisi quod ju-  
stum, licet. *l. 4. C. de ll.* Hinc quoque illa Germ. verba apud  
*Alibus. c. 38. Pol. n. 128.* inveniuntur : *Hastu Gewalt so richte recht /*  
*denn Gott ist HERR und du bist Knecht.* [4] Spectat hùc Do-  
micilii mutatio, quùm iste non solum quoad munera, verùm &  
quoad Jurisdictionem desinat esse Civis. *Gail. d. l. obs. 36. n. 7.*  
Et ultimo tandèm Præscriptio, qualis autem requiratur, adi-  
si placet, sæpius cit. *Dn. Ritterum cap. 8,*  
*n. 213.*

Tantum  
SOLI DEO SIT GLORIA.



SUPER.



## SUPERPONDILUM.

**F**Oetum abigens homicidii pœnâ non punitur, si vitalis nondum fuerit, quod *D. Augustus El. p. 4. const. 4. S. 1. vers.* und solches noch unter der helffe nach der Empfängnis geschehen / definit, si ante dimidium temporis à conceptione (ad partum usque) numerandi ejectus fuerit: quæ sententia defendi potest.

FINIS.



5.

ULB Halle  
006 681 948


3



V D 17







B.I.G.

Farbkarte #13

S. T. 16. M. 16. 57  
 INAUGURALEM  
 1688  
 9  
 30  
 29  
 TEMENTO  
 TIS SUB-  
 TIO,  
 ATE NOBILISSIMI ET  
 M ORDINIS IN HAC  
 ALMA  
 S I D E  
 Cultis. ac Excell. VIRO  
 IO LEISERO,  
 in hac Academia fami-  
 is, Scabinatus & Faculta-  
 re Gravissimo,  
 rum Promotore omni obser-  
 devenerando,  
 ENTIA  
 re honores, Doctorales immu-  
 ventilandam proponet  
 MÜHLMANN,  
 ensis,  
 Auditorio consueto  
 meridianis.  
 ERGÆ,  
 Anno M. DC. LXVIII.

